1436. 20. Julii. Ex Originali Cap. Plocensis. 171.

37

Obligatio inter Duces Mazoviae.

In nomine domini amen. Ad memoriam rei sempiternam, Boleslaus Dei gratia dux Masoviae, Russiae terrarum necnon Varschoviensis Wischegradiensis Zakroczimiensis Czechonoviensis dominus et haeres Czyrnensis &c: Significamus tenore praesentium tam praesentibus quam futuris harum noticiam habituris quibus expedit generaliter universis, Quod post redempcionem terrae Wiznensis per praeclarum principem dominum Wladislaum ducem Mazoviae &c: Illustrem patruum nostrum carissimum de manibus nostris factam cum ipso domino duce Wladislao de pro usibus ac utilitatibus universis de dicta terra Wiznensi tam per praeclarum principem dominum Johannem ducem Mazoviae &c bonae memoriae avum nostrum carissimum quam nos tempore tenutae et obligationis, levatis et perceptis, ac aliis occasione dictae terrae eximendi vertentibus negotiis in sincera et fraterna caritate conclusione facta Interea super litera Obligatoria super obligacione dictae terrae Wiznensis per preclarum principem dominum ducem Semowithum dicti domini ducis Wladislai genitorem praefato domino duci Johanni avo nostro data ad hoc decrevimus quod praefata litera Obligatoria apud nos et nostros successores relicta propter articulos certos in ea contentos nobis opportunos debet observari, Quam quidem literam quoad ius possessorium dictae

obligacionis adpartem nostram nullius roboris firmita
tis esse volumus vel momenti ipsamque annullamus
cassamus irritamque et inanem decernimus perpetuo,
Quo vero ad articulos predictos nobis et nostris successo
ribus, opportunos et necessarios in eadem contentos, et descrip-
tos ipsam literam in suo robore et firmitate de consensu
ipsius Domini Ducis Wladislai protuicione sua et nostra
volumus permanere perpetuè et in avum. ~~Notabiliter~~ Eo specialiter express
so, Quod predictam literam obligatoriam sepius dicto
domino Duci Wladislao et ipsius successoribus Legiti
mis protuitione tempore necessitatis occurende sub cer
tis cautelis et caucionibus fideiussoriis tenebimur et pre-
sentibus obligamur comunicare et mutuare ac nostri
tenebuntur successores quos presentibus ad id obligamus
toties quoties fuerit opportunum. In cuius rei testimo
nium Sigillum nostrum majus de certa nostra Scien
cia presentibus est appensum Actum et Datum in Wi
schegrad feria sexta proxima ante festum Sancte Ma-
rie Magdalene Anno domini Millesimo quadringen
tesimo tricesimo sexto Presentibus Magnificis ~~et Lauren~~ Strenuis
~~dixisimi~~ Nobilibusque dominis Johanne alias Slowaacz
de Lanzenicze Palatino Nostro Stanislao de Strzechowo
Plocensi Silamo de Wijnicza Wischegradiensi Judicibus.
Derslao de Podosije Vexillifero Zakroczymiensi, Timotheo
de Lanschevo Plocensi Martino dicto Broda de Jezewo
Zakroczymiensi subiudicibus et Ho~~nesto~~norando viro domino Johan
ne Can~~cellario~~onico Warschoviensi, Vicecancellario nostro aliis

que quamplurimis nostris Fidelibus Fide dignis testibus circa præmissa, Scriptum per manus Stephani Nicolai de Mnii schewo præpositi Warschoviensis et Cancellarij nostri qui præsentia habuit in commissis.

Concordat cum Originali
Adamus Narusżewicz E. C. Smolꝫ
Supr. MDL. Notarius mppl